

584⁶⁰¹ TO THOMAS MORE.

Farrago p. 189.

⟨Antwerp.⟩

F. p. 326: HN: Lond. vii. 24: LB. 291.

⟨30 May⟩ 1517.

[The precise date is given by Schinner's movements; l. 23 n.]

ERASMVVS ROTERODAMVVS MORO SVO S. D.

CALENDIS Maii ventis inualescentibus iamque etiam aduersis medio noctis scaphula nautica non sine periculo in rupes quasdam eiecti sumus, in Galliam haud procul a Bolonia. Mox venti asperrimi, quos reliquo itinere littus vicinum nobis exasperauit. Ii multos
5 apud nos cynanche et pleuritide occiderunt et occidunt.

Petrus Aegidius et ego pingimur in eadem tabula: eam tibi dono breui mittemus. Verum incidit incommode quod reuersus Petrum offenderim nescio quo morbo laborantem grauiter, nec citra periculum; vnde nec adhuc satis reualuit. Nos belle valebamus, sed
10 nescio quomodo medico venit in mentem vt purgandae bili iuberet me pilulas aliquot sumere, et quod ille stulte suasit, ego stultius feci. Iam pingi coeperam; verum a pharmaco sumpto cum ad pictorem redirem, negauit eundem esse vultum. Dilata est igitur pictura in dies aliquot, donec fiam paulo alacrior.

15 Epigrammata tua et Vtopiam misi Basileam per proprium ministrum, quem in hoc aliquot menses hic alueram, vna cum meis aliquot lucubrationibus. Tunstallus bellissime valet, imo triumphat; tantum hic nactus est veterum nomismatum. Perlegit Copiam meam, ac mire probat. Panegyricum quo Philippum laudauit, vnice
20 admiratur. Budaei Assem totum excussit, et ad eundem scripsit: verum ille nondum quicquam respondit.

Cardinalis Gurcensis hinc ante dies aliquot abiit, Caesare, vt audio, non admodum aequo. Reuerendissimus Sedunensis heri discessit, apud quem eo die prandium egi: quicum mihi longa fuit disputatio

20. eundem *E*: eum *H*.23. Reuerendissimus *E*: Card. *H*.

3. Bolonia] Bononia Gallica, *E. in marg.*

6. tabula] A diptych by Quentin Metsys, reproduced in this volume. The original of Erasmus is now in the collection of Count Grégoire Stroganoff at Rome, and there is a copy in the collection at Hampton Court; see Hymans in *Bulletin des commissions royales d'art et d'archéologie*, Brussels, 1877, vol. 16, pp. 615-44. The original of Gilles is now in Earl Radnor's collection at Longford near Salisbury; and there is a copy in the Royal

Museum at Antwerp; see the catalogue of that institution vol. i (1905) p. 207.

The portraits were completed and sent to More in Sept. (LB. App. 179, 192, 193).

15. Epigrammata] Cf. p. 502.

20. scripsit] Ep. 571.

22. Gurcensis] Cf. Brewer ii. 3200, 3208, 3295.

23. heri] 29 May; cf. Brewer ii. 3296, 3301 and 3303.

24. prandium] A full account of this is given in Lond. vi. 2, LB. 380.

de Nouo Testamento, tum de bello; is palam debacchatur in Gallos ²⁵
 et, vt Eluetium decet, ingenue. Aiebat Germanos eo tendere vt
 omnes reges subsint Imperatori. Caesar Maguntiam adit, nam illic,
 vt ferunt, consilium futurum procerum Germaniae. Carolus noster
 Gandau consilium agitat, quo Caesar non accessit. Aiunt abire
 nondum satis placatum: dii boni, quis vnquam iratus fuit hoc ³⁰
 felicius? Pax coitura fuerat etiam cum Ghelriis, et quidem con-
 ditionibus etiam Caesari aequissimis: verum id ille impediuit, ne
 nullum vsquam esset nobis bellum. Philippus episcopus Traie-
 ctensis vrbem suam ingressus est, et auspiciis felicissimis et insigni
 pompa. Dux Ghelriae dicitur octo milibus hominum contractis ³⁵
 Phrysiam adoriri.

Tunstallus gaudet sibi tandem peractam fabulam illam motoriam.
 Is si redit ad vos, haec frustra scripsimus; sin manet, certum est,
 vbivbi futurus est, tempus hoc cum illo transigere. Alioqui con-
 silium erat Louanii aestiuare, theologis etiam id magnopere flagi- ⁴⁰
 tantibus. Solus N. murmurat adhuc nescio quid, gloriae causa, vt
 ne parum vir constans videatur. Caue fraudes me ista tua epistola
 quam inabsolutam mihi ostendisti. Si epistola Iustiniani oratoris
 Veneti apud te est (nam mihi periit), fac huc redeat; sin minus, roga
 humanissimum D. Nicolaum, secretarium illius, vt exemplar rursus ⁴⁵
 huc mittat vna cum ea qua ipse M. Musuro gratulatus est. Scribam
 fusius intra mensem, cum mittam tabellam. De equo nihil adhuc
 audio, atqui nunc fuisset vsui. Bene vale cum suauissima coniuge
 liberisque dulcissimis. Petrus Aegidius vna cum Corneliola sua te
 tuamque plurimum saluere iubet. ⁵⁰

Anno millesimo qui(n)gentesimo decimoseptimo.

- | | | |
|---|--|--------------------------|
| 26. Heluetium N. | F: ingenue aiebat E. | Germanos F: se E. |
| 27. Moguntiam H. | 28. vt ferunt add. F. | 28, 29. concilium N bis. |
| 32. etiam Caesari E: Caesaris quoque H. | 33. Traiectensis E: Ultra- | |
| traiectinus H. | 34. et auspiciis . . . 35. pompa add. F. | 43. Iustiniani |
| add. H. | 45. D. om. H. | 46. M. E: Marco F. |
| decimoseptimo add. H. | | 51. Anno . . . |

27. Maguntiam] Cf. Brewer ii. 3344.
 29. Gandau] The Court arrived at Ghent between 17-25 May; cf. Brewer ii. 3251 and 3283.

33. Philippus] The entry took place on 19 May; see Geldenhauer's narrative (p. 379) and cf. Lond. xii. 9, LB. 266.

35. Dux Ghelriae] Charles of Egmont (9 Nov. 1467-30 June 1538), Duke of Gueldres 1492. Encouraged by France he spent his life in continual warfare against the Austrian dominions in the Netherlands: see BN. In violation of

an unexpired truce he had just taken up arms again; cf. Brewer ii. 3283 and 3300.

37. motoriam] In following Maximilian through the Netherlands; cf. Ep. 572. 16 n. and 18. His duties were brought to a close by the Emperor's departure for Germany; cf. Ep. 585. 3 n. and Brewer ii. 3300.

41. N.] Probably Dorp; cf. Ep. 474. 17 n.

43. epistola] Ep. 559.

46. Musuro] Ep. 574.